

quæ illicitam vindictam inferre possint: Secus est, si illæ fuerint incertæ, & generales; Deinde si minæ factæ fuerint animò sedatò, non autem, quando calore iracundiæ exæstuavit. Quando enim quis è nimio animi calore in minas prorumpit, tum cessat præsumptio delicti. Farin. lib. 1. tit. 5. qu. 50. n. 27. p. 772. Weitzenegger. diff. 6. c. 7. n. 107. 6. *Constare debet de ipso delicto perpetrato*: Numquid etiam tale crimen, quod in iudicium deductum est, reverà fuerit perpetratum? & quidem intra tale temporis spacium, unde colligi possit, ad ejusmodi minas tale crimen potuisse subsequi, & verisimiliter illud à confitente vel inclinante fuisse commissum. 7. *De tali persona, in quam delicti perpetrati suspicio cadere poterit*, qualis est persona vilis, abjecta, ad delinquendum prona, & quæ in simili genere deliquit antea. An verò confitens suam confessionem vel saltem ex errore revocare possit, illud valdè controveritur; plerique tamen Doctores affirmativæ inhærent, si confessio facta fuerit sub errore. Carpz. part. 3. qu. 121. n. 49. fol. 190. Oldekop, Tit. 4. Obs. 21. p. 284. Bluml. ad b. art. p. 106 Dissentit. Bocer. c. 3. de *Question*. p. 154.

ARTIC. XXXIII.

Indicia legitima homicidii clandestini.

Von Mord / der heimlich geschicht / gnugsame
Anzeigung.

Stem / so der Verdachte und Beklagte des Mords halber / um dieselbige Zeit / als der Mord geschehen verdächtlicher Weis / mit blutigen Kleidern oder Waffen gesehen worden / oder / ob er des Ermordeten Haab genommen / verkauft / vergeben / oder noch bey ihm hätte / das ist / für ein redlich Anzeigen anzunehmen / und peinliche Frag zu gebrauchen / er könnte denn solchen Verdacht mit glaubiger Anzeig / oder Beweisung ableynen / das soll vor aller peinlicher Frag gehöret werden.

AD ARTIC. XXXIII.

ARGUMENTUM.

Suspectus vel etiam accusatus de homicidio, si tempore commissi clandestini homicidii in loco delicti visus est vestibus & armis cruentis; vel etiam de bonis interfecti aliquid alienet, vel apud se retineat, nisi contrariis conjecturis aut argumentis innocentiam suam probare possit, indicium sufficiens facit ad torturam.

EXEGE.